

www.e-rara.ch

**Ioannis Oecolampadii, doctoris undecunque doctissimi, in librum Iob
exegemata**

Ökolampadius, Johannes

Basileae, mense Martio, anno 1532

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-73029>

Caput decimum tertium

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

CAPVT DECIMVM TERTIVM.

1 **E**cce omnia uidit oculus meus, & auris mea audiuit, & intellexit secum.

2 Sicut nostis, noui etiam ego, non cado à uestra (dignitate.)

3 Porro ego cum deo loquor, & arguari cum deo uolo,

4 At uos concinnatores falsitatis, medici uani omnes uos.
Vtinam tacendo taceretis, essetque uobis insipientiam,

5 Audite oro disputationem meam, & contentiones labiorum meorum auscultate

7 Nunquid propter deum loquimini uanitatem, & ei loqui mini dolum?

8 Num faciem eius accipietis; num propter deum contēdetis?

9 Num bonum, si inuestigatur uobiscum, si sicut homini illuditis illuditis ei, (retis.

10 Argues arguet uos, si in abscondito faciem eius accipe-

11 Annon excellentia eius terribit uos? & pavor eius cadet super uos.

12 Memoriae uestrae comparatae pulueri, (&) corporibus luteis corpora uestra.

13 Tacete à me, & loquar ego, & transeat super me quicquid.

14 Quare tollo carnem meam dentibus meis, & animam meam pono in manibus meis.

Etiam

- 15 Etiam si occidat me, in eum sperabo, attamen uías
meas in conspectu eius arguam.
- 16 Ecce ipse erit mihi in salutem, quia in conspectu eius
non intrabit hypocrita.
- 17 Audite audiendo uerbum meum & narrationem
meam auribus uestris.
- 18 Ecce nūc parauí iudiciū, scio, quod ego iustus ero.
Quis ille (quí) disceptabit mecum: quod nunc tacens
19 moriar.
- 20 Siquidem duo non feceris mecum, tunc á facie tua
non occultabor.
- 21 Manū tuā à me elōga, & terror tuus ne terreat me.
Et uoca & ego respondebo, uel loquar, & responde
22 mihi.
- 23 Quantas habeo iniquitates & peccata: transgressi-
onem meam & peccatum meum indicia mihi.
- 24 Quare faciem tuam abscondis, & arbitraris me ini-
micum tuum?
- 25 Nunquid folium propullsum cōfringes, & stipulam
siccam persequeris?
- 26 Quod scribis contra me amaritudines, & mihi adiu-
dicas iniquitates adolescentiæ meæ.
- 27 Et pones in cippo pedes meos, & obseruas omnes
semitas meas super radices pedū meorū imprimetur.
- 28 Et ipse ego ut lignū putridum computrescet et
ut uestimentum

ut uestimentum quod comedit tinea.

CAPVT XIII.

Homo natus de muliere, paucorum dierum, satur perturbatione.

Sicut flos egredietur & succidetur, & fugiet sicut umbra & non stabit.

Etiam super ipsum aperuisti oculos tuos, & me adduces in iudicium tecum.

Quis dabit mundum de immundo, nec unus est.

Num definiti dies eius, numerus mensium apud te est, praeceptum fecisti & non prateribit.

Decline ab eo & cessabit, donec gratus sit ac mercenarii dies eius.

Quoniam est arbori spes si secetur, & adhuc pullulabit, & tenerrimi eius non cessabunt.

Si senuerit in terra radix eius, & in puluere morietur stirps eius.

Abirrigatione aquae germinabit, & faciet ramum sicut planta.

Et uir morietur, & occidetur, & expirabit, & ubi.

Abierunt aquae à mari, & flumen siccabitur ac arescet.

Et uir dormit & non stabit, donec non sint caeli non excitabuntur, neque expergiscentur à somno suo.

Quis dabit in sepulchro abscondas me, occultes me,

V donec

donec trāseat furor tuus, & pones mihi praeceptū & recordaberis mei.

14 Si morietur uir, nō uiuet: omnibus diebus tēporis mei expecto donec ueniat immutatio mea.

15 Vocabis & ego respōdebo tibi, operi manuum tuarum bene afficiēris.

16 At tu gressus meos dīnumeras, non differis peccatum meum.

17 Signatum in fasciculo peccatum meum, & adiūgis super peccatum meum. (suo.

18 Porro mons altus cadet, & petra inueterascet à loco

19 Lapides contūdunt aqua, inundando auferes collectione pulueris terrae, & expectationē afflictī perdes:

20 Fortior esto usq; in finē, & ambulet deformans faciem suam, & mittes eum.

21 Gloriosi sunt filij sui nesciat, et in egestate an sint, nō sit ei intelligentia.

22 Cæterū caro eius super ipsum dolebit, & anima ipsius super ipsum lugebit.

Metaphrasis huius orationis septimæ.

2 **P**roteratis amici supercilium dimittere, et non cōtemptis alijs, de uobis ipsis minus sublimia sentire. Nā reuera illa sapientia uestra, non tam rara est atq; uobis uidetur, sed planē popularis, neq; sperandū erit quod ulla inde uobis mortuis excitetur memoria. Itaq; nō sit mirum, si in ea uobis non cedam. Quis enim uspiam agit gentium, qui illius omnino sit expers? Tamen mihi euenit

nit, quod illis qui ridentur, & è sublimi despiciuntur ab his
qui sibi beati uidentur, & omnium uotorum suorum à deo
compotes. Illis simplices & optimi quicquid ludibrio sunt.
Imò ineptum iudicatur, quicquid ab inculcata simplicitate
proficiscitur. Ita nostra cognitionis haud poenitenda
lampas contemnitur à diuitibus inflatis huius mundi scelerate,
quæ nonnunquam latronibus, piratis ac deum in om-
nibus quæ sibi concessit exasperantibus, absurde contin-
git. Porro ut probetur sapientia dei summa & imperue-
stigabilis, quid opus ampullosa illa eloquentia? Num pro-
pterea transuolanda cœlorum altitudines, penetranda infer-
rorum cubicula, emetienda terrarum longa spatia enauigā-
da maris latifundia. Licebat id, aut à terræ pecoribus, aut à ce-
li auibus, aut ex arbusculis, aut ex piscibus maris, in quibus
tanta ingeniorū uarietas ac amœnitas, cognoscere, nam uel
minimū ex illis docet, clamat, ac testatur, quantus ipso sit
cōditor, ac conseruator, in cuius potestate subsistunt, imò
etiam illis tacentibus, notum est omnibus. Vnū ad huc o-
ro, estote ad audiendum benigniores, & recta aurium trutinā
expēdite quid loquar, uera ne an falsa sint, & gustate, nū
senilē an iuuenilē sapientiā referant. Decerpā em̄ et ego ali-
quid de diuinis laudibus, quod cū uestris dictis cōferre licet. Vere
omnē mētis indaginē trāscēdit diuina sapiētia, quæ & sūmme po-
tētie cōiūcta est, et talib; cōsilijs om̄ia disponit, ut nihil im-
prudēter, incōsideratequē gestū esse cēseri q̄at. Nā licet, arces,
urbes, terrasquē ualidissimas ita demoliat ac deuastet, ut nūquā
reextruāt, licet populos ac reges ppetua captiuitate mācipet, li-
cet pluuias ac imbres prohibeat, unde dira fames et gētū pni-
ciēs, uel cōtra aq̄rū diluuiū terras inūdet ac pessūdet, et omnia
in caos quoddā cōfundat, potētia tñ illius nō crudelitas, sed
prudētissima ac æquissima iusticiæ administratio fuerit.
Valet hæc illius potentia contundere potentiā aliam omnē,
ualet illius et sapiētia cōfundere sapientiam aliam omnem.

Ecce em̄ in religionibus, q̄bus magna sapientię portio debetur, ipso iubente iustoq; eius iudicio fit, quod alij alijs superstitionibus delirant, ac erroribus rotantur, alij autem phanetico spiritu ducti abominabiles doctrinas seminant, & post se stultas abducunt turbas. Neq; in religionibus solis, sed etiā in magnis regnis ac principatibus, quicquid sapientię ac fortitudinis titulo gloriatur, suę uanitatis inde redarguitur.

17 Ipsius arbitrio consiliarij, qui alios sua uersutia ab hoste erpturos se pollicentur, in captiuitatem abiguntur, & iudices à quibus iusticię leges petendę, uano clamore patrociniū frustra implorare coguntur. Eiusdē imperio reges magnifico baltheo exuti, et regno eiekti, utpote mēte capti, seruilibus 19 zonis in custoida tenentur. Eiusdē nutu aulici, et purpurati illorū qui precipue uel ob puincias cōmissas, uel od diuitiarū splēdorē ac magnificentiā, et ipsi mancipia fiūt ac pessum 20 eūt. Quin & doctores ac oratores, quorū authoritas semp sūma, ut fide indigni obmutescūt, et senes puerascūt. Eadē 21 uī nobilissimi quicq; contēptibiles, strenuissimi uero effœminati habentur. Ad hęc abscondita diu consilia & latētes in tenebris doli, illa manifestante produntur. Et quid hęc cō- 23 memoror? Annō stupendū miraculū est, q̄ maximas gētes cōdit, libertateq; donat, ac priuilegijs exaltati easdēq; iterū p- 24 dit ac humiliat. Et qđ grau us est, illa cū principibus ac du- 25 cibus suis cecitate pcutiunt, offusis palpabilibus tenebris, q̄ si ebrię extra ueritatis uiam illa auente abducuntur.

CAPVT DECIMVM TERTIVM.

1 **H**anc ego sapientiā potentiāq; dei, utiq; iustissimā ipse
 2 certo certius cognoui, subindeq; recogito & adoro.
 Videte nūc uos, an nō cōferēda sint hęc mea cū uestris, et nū
 3 iure à uobis exhiber. Ceterū q̄a uos ita offendit, q̄ disputē
 cū deo, et q̄ me unice cōsolat, uobis om̄ibus modis intolera-
 bile uidetur, unde & erroribus impliciti, incūbitis in hoc ut
 mēdacīa cōcinetis, & ita mali mediçi inuutiliū cōsolationū re-

medijs sanare me studeatis, quā uellē uestro nomine, ne intē
pestiuis sermonibus simplicitatē pdatis, quo possitis tace-
re pro sapiētibus haberi. Patū em̄ adhuc cōperitū est uobis
quod disputatio mea tēdat, quid' ue moliat, et minus decorū
6 fuerit uobis obstrepere. Quin potius adhuc tantū patiētiae
7 humilitatisq; declarate, ut aures uestrae quae dicūt audire nō
dedignent. Ne prae texatis, q̄si zelus gloriā dei silere uos nō
sinit. Quantū em̄ illi uestris cōmētis gratificaremini? Nun-
qd ille mendacibus eget patrocinijs; nūqd adulationes amat?
8 Probatūrū ne putatis si contēpta ueritate uel p̄sona sua ma-
9 gnifiat. Cauete ne sicut fatuis regibus imponit, ita ludū ex
10 eo faciatis. Parū ne uobis hoc scelus uidet, atq; maximū est
Grauissime em̄ arguet eos qui eiusmōi sūt, etiāsi in abscondi-
to, et solis cogitationibus hoc agāt mortales. Nō reueremini
maximā illius maiestātē. Nō terret iudiciū illius austeritas,
12 in qua et memoria nom̄is uestri, & corporū uestrorū sanitas
simul p̄rēt, quae duo tñ uobiscū ualēt plurimū, neq; simplici-
ter p̄itura sint: nā memoria ut puluisculus à uēto cīratus spar-
13 get, corpora autē uestra quae lutea ut lutū calcabūt. Non o-
portebat igit̄ corā tāto iudice aliqd per simulationē geri. At
minus aequū est, q̄ miserātes meā calamitatē, talia loq̄mini.
Tacete oro, nō est, q̄ mihi timeatis, meo p̄iculo loquar, reci-
14 dat in me, q̄cquid est p̄cuarū. Nō ita arridet mihi hāc uita,
nō ita mihi parco. Ipse primus carnes meas dētibz lacero,
& uita p̄dīgus animā in manibus, ut aiūt, meis p̄iculis obji-
15 cio. Et ut semel cognoscatis, alia et maior mihi sp̄es est quā
deus uidet: uide licet interficiat, licet etiā hāc atq; alia de me
16 uita statu loquar, p̄p̄modū desperāter, erit tñ salus et sp̄es
17 mea in futuro seculo, in cuius felicitatē respicio, quae nullis e-
uētura est hypocritis. Iterū ne sermones meos refugitis? No-
lite oro, sed diligētius audite et expēdite. Sāctiores sūt q̄ ut
horreere debeatis. Et qd horretis tam iucūdar? Sp̄es mea est a-

bi me seruandū felicius, mortē hanc ianuam esse uisē, & cru-
 18 cem portā esse beatitudinis. In hac spe parau iudiciū, in hac
 spe scio me iustificandū. Quis sic sperantē accusabit? quis
 19 sic sperantē condēnabit? quis tanquā damnatum cū silentio
 mori iubebit? Sermo ad deum.

20 Licet autē homines me terreāt, ne tibi loquar o deus, duo
 tū sola sunt, quæ me à colloquio tuo auerent, nempe si uel
 21 potētī manu os meū cōprimas, & sola potentia usus respira-
 re à plagis mihi neges, uel si cōscientia mea terreat me, tunc
 em̄ terribilis es, si illa male conscia, sagittis ire tuæ peti se pu-
 tet. Atq; salua spe prædicta intrepidus te accedo, nā & loqui
 22 me sines, et cōscientia nō cōfundet, siue tu, siue ego dicēdi in-
 itum feceris, atq; adeo in hac spe sola ipse prior rogo. Quæ
 & quantæ sunt o deus indissimulabiles illæ iniquitates, & q̄
 23 grande illud scelus meū: tāta animaduersione dignū: Quibus
 24 te sic exacerbaui, ut faciē tuā auertas, hostē te declares, nulla
 25 mea qui folio deciduo, et stipula sicca fragilior sū, ibecillita-
 26 te ad misericordiā moueris, sed psequeris: accusatiōes ama-
 rissimas intētas, in memoriā uetera stultæ adolescentię pētā re-
 27 uocas. In neruo detines, oēs uias ne elabar obseruas, ferro
 28 pedes nexos saucias, nō cogitās q̄ aliq; ut lignū putridū cō-
 sumar, et ut uestimētū qd' à tinea arrodit iueterascā. Cap. 14.

1 **E**t qm̄ durare posset hō, q nō sine doloribus ē muliere
 nascēdi sumit originē, et paucis qdem diebus uiuit, mi-
 seris autē ac pturbatōibus innumeris expositus est. Quāuis
 autē sicut flos magna cū grā felix putet, statim tū succidit ac
 2 marcescit, diebus eius q̄uis umbra fugatius, præteruolatib⁹.
 3 Proinde mirū est, q̄ superius in oī bullā oculos tua maiestas a-
 pīre et in iudiciū citare dignat, ut taceā, q̄ tāta seueritate in se
 ctat. Nec est qd' obijcias humanā fragilitatē peccatoribus
 4 nō patrocinari. Ita em̄ nullus tuas pœnas euaderet. Quis em̄
 mortaliū à pētis purus est, q̄nquidē de immūdis immūdi cū
 pētō nascimur oēs, et ne unū qdem dabis qui p oīa purus sit.
 Cæterū huic natalicio pētō sua cōstituta est pœna. Luit dic-

rū breuitate, luit morte, Terminus uitæ facer p̄scriptus est.
 6 Iterū cogit clamere dolor: O deus declina à me aliquātisp
 et auerte faciē tuā, emigrabitq; afflictus ille spūs, et interges
 cam à laboribus usq; in illū optatū diē, quo resurgētibz, ut
 7 mercēnarijs suis cuiq; p̄ meritis pendet honos. Nō em̄ ut
 8 amici falso pollicent, prēmia peto, sed in illū diē firma spe
 me refero. Et quare nō. Nā si arbor præcisis ramis, pullulat,
 et indies innouatur, adhuc si senio fatigata radix, et emortua
 stirps ad rigationē aquæ ita reparat, ut cū prioris plātæ uiridi
 tate, amoenitate, fructu ac p̄ceritate certet, quare desparet de
 9 hoīe si semel moriat et nō cōpareat. Similit̄, ut nō times, q
 10 mari desint aque, ita ut et fluminū cursus ac fontiu copix ces
 11 sent: ita nec te de deo, uero ac iēxhausto uitæ fonte despandū
 12 ut patiaris in eternū dormire uiros, et nūq; à somno suo exci
 13 tes. Apud te em̄ mors somnus est. Proinde o deus obsecro,
 ut à presētis iudicij acerbitate me serues, et defunctū in sepul
 cro abscondas, ibiq; mei memor in illo die me excita et accer
 14 se: Nō em̄ resecta est uitæ spes, etiā si moriamur. Quin hec u
 15 nica uitæ hui⁹ quæ mihi dimēsa est cōstat expectatio, ut mo
 riar et imuter, ad uocē tubæ et iussū archangeli ē sepulcris
 mortuos euocātis cōpariturus, et uiſurus, q̄ te bñficū tuis ele
 ctis exhibiturus sis. Verū nūc dū sic oīa studia mea excutis,
 16 oēs q; gressus numeras, nec pœnā in longū tēpus differs, sed
 17 repetitis plagis, nūc pœnas pœnis socias. Dū p̄cīm meū tam
 pfūde clausū et signatū, nō eluit, s; q̄si in fūdo adhuc sit iſtri
 18 tur, nihil æque atq; mortē q̄ liberer oro. Cadūt mōtes altissi
 mi et rūpūt à mōtibz saxa, cauāt stillicidijs lapides, et agri di
 luvies cū flumibz abeūt, ego at ferro et saxo durior, tā diuti
 19 na expectōe frustra laborū meorū finē opperior. Vnice tā
 20 dē o des, ac potētī uerbo p̄cipe, ut ex hac uita emigrē, tācti
 21 dura mors faciē colore lurido deformet ac distorqueat, mētē
 q; cogitare nō sinat q̄tē posteritati opes, uel q̄ta egestas i he
 reditatē reliquant, caro. n. dū doloribz cruciat, aīa etiā suo in
 luctu occupat anxiaq; distrahit.

Vere

Vere apparet] Quomā acerbā Sopharis oratione misere profectus erat Iob, in mediū allaturus sublimiora ipse & sanctiora quā illi se illis in scientia equat. Nā de sapiētia dei differens, nō haret in sensu illius sed rara dei iudicia in desolatione regnōrū, in reuelatione arcanorū, & in exaltatione genitū cōmemorat. Deinde de spe iustorū agens, illos iterū taxat, ut uā cōsolationē pmittētes in hoc mūdo, ipse ad resurrectionis gaudia cōfigit, orans denuo, a suis cruciatibus liberari aliquando.

Vere apparet] Duplicē amicorū arrogantia emēdat, nempe quod sublimius de sua scientia sentiebat, quum reuera imperitiores essent, & quod amicū inhumaniter despiciebant falsis conuicijs laceffantes. Hec libere, amico & grauer primū proponit, deinde re ipsa cōprobat. Non enim ironice dicuntur, quamuis et spiritū dei nō ignoret interdū ridere impios. At hic nō ita agit ut quibusdā uidetur. Sed hęc est mens ut affirmet grauer. Dicit enim principio **וְאַתָּה** quod est affirmantis aduerbiū nō irridens, hoc est vere, & intelligo, ita est, uel, ita apparet esse, quod uos populus, non dicit, quod soli estis populus: uult autem dicere, quod uos estis populus & non sublimius sapitis quā alij ē medio uulgo, cuius magna ex parte crassa sunt iudicia. Vnde prouerbiū est: Loquendum ut multi, sentiendum ut pauci. Multitudo latam uiam ingreditur, & angustam declinat.

Et uobiscū morietur sapientia] Hoc est, non est tam rara, & eximia illa nostra sapientia, ut multis seculis celebretur, sed uobis mortuis, etiā illa morietur & asertores nō habebit.

3 Etiā mihi cor] Est & mihi aliquid prudentie.

Et non cado a uobis, uel a uestra] Scilicet sublimitate dignitatis, & ut alij uerterunt, Non sum uobis inferior, proinde citra arrogantiam loquor. Et nemo est qui non ita sapiat. Quis enim negat deum, uel sapientem, uel fortem, uel iustum, nisi qui deum omnino negat, & que humana ratio non offenditur. *Ratio humana eos qui bene habent, bñs iudicat.* & non iudicat beatiores, & deo gratiores eos qui hic bene habent quā eos qui affliguntur, atqui sublimiora docet spiritus dei.

Sicut uir qui] Secundo taxat illorū procacitatem, eō quod inflati temporaria sua felicitate, iustum calamitosum ridēt ac condemnāt. Dolent sane iusti, non tam se, quā ueritatem in se ridēri. Hebræus ad litteram succincte dicit. Irri-

diat. Irrisio proximi sui ero. Pluribus uerbis reddidi, nempe sum, (quia tempora mutant) sicut is qui est, sepe enim notam similitudinis omittunt. Verum nisi illa subintelligas dicere oportebat, Risus proximi mei sum, uel, ero. Atqui sanctus modestius loquitur quasi dicat, Patiemur frēda sum hęc, agitur enim mecum perinde ac cum bonis alijs uiris, quos diuites ac fortunati despicunt. Irrisio est iustus, quia simplex & nō tātis opibus potēs est, quātis diuites illi.

§ Sicut lampas] Eadem sententia, quę & in proximo uersu, alijs similitudinibus proposita. Quidam sic uertunt. Lampas coniecta in cogitationibus diuitis parata in offendiculum pedis. Hoc sensu, quod iustus quidem in reputatione diuitis contemnatur, ut fax quę extinguitur, & parum uat, sed hoc non furturum sit impunitum. Impingunt enim illi. Qui enim iustum contemnit deum quoq; contempserit. Vnde sicut Christus ita & iusti petra offendiculi sunt impijs. Hebręi uero exponunt ut nos, quod Iob dicat. Ego sum uobis, sicut diuitibus facies contempta ac breui extinguitur, quoniam illi nō nisi misericordiam requirunt, & ego sum uobis sicut uir qui paratus est nutare pedibus, id est ad nutationes pedis, id est, uir in firmis ac labescentibus genibus, qui a rotulis contemnitur. Quidam etiam sic exponunt. Quisquis paratus est לפרך, id est לזרז, hoc est interitum, is est contemptus in cogitatione diuitum, & quisquis paratus est ac inclinatus ad nutationem pedis, id est, cui proximus, is est contemptus in cogitatione opulenti. Varietas hęc est quod alij לפרך pro lampade alij ad interitum interpretantur. Sententia autem uerisimilis est. Diuites enim huius seculi facile pauperes cum omnibus uirtutibus & donis spiritus despicantur, id quod Christo, & Prophetis, ac Apostolis accidit, qui crucifixi erant mundo, & odor mortis, & perisphema, ac reiectum ē. Neq; id soli pecuniosi facere consueuerunt, sed et heretici, & alij qui philosophię & eloquentię usu tument, & popularis glorię aura inflantur, non minus optimos ac simplices uiros spernunt, audire dedignantur, omniaq; eorū dicta ac facta in peius interpretantur, quorū typū in amicis Iob habes.

Vi Christus, sicut
& pii petra offendiculi sunt impijs.

Diuites pauperes
pios despicunt.

6 Prosperantur tabernacula] Proba admonitio, quasi dicat, quauis illi sic insentur huius mundi prosperitate, & sic deo gratos putant, qui ipsorum preces exaudiat, & concedat petita, Falluntur autem; Non enim illis ut amicis hęc largitur, nam feri concedit etiā prędombus, et idololatriis qui se exasperant, & qui omnibus donis dei abutuntur, maiores diuitias, amplioraq;

Impij maxime
mundi huius prosperitate gaudent.

X Imperia,

Imperia: sic prospera ait sunt tabernacula, id est, bene habet uxores, pueri, pecudes & quicquid in tabernaculis uel domibus eorum est. Et sunt magnae confidentiae, quod omnia obtenturi sunt, & etiam in posterum bene habituri sunt. Quam stultum igitur & danosum in his ita gloriari, ut propterea pauperes licet iustiores contenas. Chaldaei Jonathan & Onkelus, quae in genere dicta sunt, in gentes referunt Iudeis aduersarias: ut Esau, Moabitas, Ammonitae et Ismaelitas.

Graecus bene ait in genere *ἀνείκελος γὰρ ὁ ἀνὴρ ὃς ἐν ταῖς τοῖς ἐνδοῖς* *ἐστὶν χλευασμῶν* iustus enim uir et irreprehensibilis factus est in irrisione.

Sequentia pie quidem, sed non ad mentem Prophetae ponit.

- 7 Porro interroga] Probat sapientiam illorum in his quae ad diuinam prudentiam attinent ualde esse uulgare. Nam illa esse ineffabile & incomparabile, etiam minutissima quaeque insecta et animalcula tastantur, unde non opus est in medium afferre latitudinem maris, longitudinem terrae, sublimitatem coeli, et profunditatem istorum. Multa de animalibus ac plantis cum exteri tum nostri scribere, ut recte uideas in illis diuinam sapientiam, et infra tria simonono capite narrabuntur non nulla. Hebraeus quauis in plurali dicat. Interrogate pecora. In singulari tamen subiungat. Et docebit te, quasi dicat. Vnumquodque ex illis docebit te.

9 Quis non nouit] siue illa loquantur, siue non loquantur nemo est, qui aliquid diuinum sapit, qui non in his omnibus sapiat, diuina manu esse condita omnia, eiusdemque manu conseruari.

10 In cuius manu] Verbo uirtutis dei portantur omnia. In ipso sumus uiuimus ac mouemur. Distinguit autem inter animam & spiritum. anima enim omnis uiuentis ait, ut uolucrum, piscium, pecorum, & reptilium, adde etiam si libet uegetatiuam animam in arboribus. spiritus autem omnis carnis uel uiri uel uniuscuiusque ex filiis hominum.

- 11 Annon auris uerba probabit] Monent rhetores fuisse diosas aures crebris adhortationibus tepestine excitandas: Quae res uero maximo necessaria erat, ut sapissime occurrit. Non posset autem blandius illos admonere. Non dicitur autem simpliciter: Audite me, sed nonne & aures diuino beneficio hoc habent ut natura probent, unde oro ut mea probent. Quem sensum facile habebis si intelligas, auris uestra: At uenustius ac blandius fuerit: Annon aures natura probabit

Omnia à d. o
sunt condita et à
conseruantur.

Anima,
spiritus,

probabit? Certe, inquit, perfraserim mihi audiendū probandumq; sermonē, & palato iudicij degustandum, cuius saporis sit, an iuuenilem uel senilem sapientiam referat.

- 12 In sexagenarijs sapientia] Palatū probat sapientiā sexagenariorū in fine ueritas iudicanda.
nuare uult etiā in sermone suo. Sed admirabili modestia utitur. Utinā hodie, quidā in ecclesia uel etiā nō in ecclesia illius exēplū sequi malint, quā suis dictis doctioribus praeiudicare, atq; adeo spiritui sancto. Hic ut inueniat aures benigniores iudicandam offert: In hoc non est periculum, nam & iudices iudicantur num probe iudicarint. Græcus sententiam uulgatam ponit relinquens duriciem sermonis qui in alijs idiomatis non tam si liciter aheret, ἐν πολλῷ χρόνῳ σφίσι ἐν πολλῷ δὲ βίῳ ἐπιστήμη. In multo tempore sapientia, in multa autem uita scientia. Quæ tamen non est certa. Sunt enim & senes nōnulli multis Timotheis sapientia inferiores, tametsi sapientia fieri nō uenit nisi cum annis. Cōnexionem hic uides in paraphrasi.

- 13 Cum eo sapientia] Hymnus est diuinæ sapientiæ, quo ut summa & incomparabilis extollitur. Tantum abest, ne illam neget sanctus uir. In hoc autem potissimum extollit, quod iunctam habet fortitudinem. Quantum enim deus sapiens tantum & potens est. Id in nullius creaturæ sapientia inuenies, quantacumq; illa est, etiam angelus minus ualet quā cognoscit. Vnde pulchre connectitur. Cum eo est sapientia & fortitudo. Sic etiam consilium dei laudatissimum est, non est præcipitatum, sed semper cum intelligentia, creaturæ aliæ, futurarum rerum ignoræ, quod consilium cū intelligentia præstolunt: Consilium dei præcipuum.
14 Ecce demolitur & non] Dicit autem & fortitudinem ac robur summum: Summa enim est illa fortitudo quæ omnem aliam fortitudinem conterit & summa sapientia quæ omnem aliam sapientiā infatuat, id quod apertissimis exemplis ostendit: Dicit igitur hoc uersu, Validi imae uires solo æquat nunquam instaurandas, & maximas gentes in captiuitatem ducit nunquam liberandas. Fiunt hæc solo nutu diuinæ fortitudinis. Quævis autem itaq; de uno edificio & uiro loqui uidetur, postulat tamē sententiæ maiestas, ut ne humiliter dictū putes. Eadē sententiā etiā Sophares dixerat. Si uariet includendo, & cōgregando, quis retrahet illū? Eadē apertius & clarius ponitur.

15 **Eat cohibet aquas]** Est & hæc diuini uerbi potentia, quod cælum ut Moses habet, facit æneum et terram ferream, ut illud nō pluat, hæc ob sit- citatem sterilis fructum non proferat, unde oriuntur, fames, & famis incō- moda, morb, pestes, rapinæ fortium, & excidia populorum: Vt factum est sub Elia. Eadē potētia, emittuntur aquæ, quasi apertis cataractis, & subuertitur terra, ut factum sub Noc. Rabi Abraham dicit, quod constringat flumina & lacus, ut appareat terra arida. At prior expositio quæ est Rabi Mose magis arridet, licet etiam in posteriore brachium, & robur dei uideamus, ut factum est in mari rubro, quod filijs Israël transitum dedit

16 **Cum eo est fortitudo]** In illis inquit operibus alius fortassis at- tendit solum deformitatem, quam secum blasphemans, tyrannidem for- te ac crudelit item quod sic homines sub uertit, At ego si mul considero תשיה legum æquitatem, hoc est, summā in cunctis congruitatem ac har- moniam, quia certis & congruis legibus nihil inordinatum fieri permittit, atq; ita quicquid agit, optime agit. Alij תשיה sapientiam uerterunt, nec displicet.

17 **Eius est errans ac seducens]** Alia rationi diuinam sapientiam, ac fore- titudinem summam esse probat, nempe, quod omnem sapientiam ac fortitudi- nem quæ se contra ipsum extollit, confundit. Sapientia autem hominum ma- xime uisitur in religionibus, & regnis: at uidemus iusto dei iudicio multos in utrisq; stultescere. Quod aut dicit hic: Eius est errans ac seducens, refero ad פסוקים אחרים falsas religiones, quibus totus orbis plenus est. Dicit igitur hic, quod illius nutu ac permissione fiūt. Vnde & Ezechiel decimoquarto: Et propheta cum seductus fuerit, & loquutus fuerit uerbum, ego dominus seduxi prophetam illum. Vides seducentem esse in manibus dei. Sic & Hie- remias inquit. Seduxisti me domine & seductus sum. Item Paulus Thessa- lonicensibus scribit. Qui pereunt eo quod dilectionem ueritatis nō recepe- runt, in hoc ut salui fierent, & propterea mittet illis deus eff. ciam illusio- nis ut credant mendatio. Vides iterum in manu dei esse etiam errantes. Quid igitur blasphematur. Si deus est iustus, & mortalia curat, ut sint Mahome- tum, tot gentes, tot seculis, dementare, quare mscros Iudeos in tam diutina cecitate

Impi et gentes
quare non cre-
dant.

cacitate detinet, quare sophisticarum & monachorum somnia tam diu regnant? Nonne sapientissimus ille est, qui tot superbas mentes errare facit, & tā ignavis, qui tenebras luci praeferunt, lucem negat. Vnde habes blasphemē, quod dicere audes, si praedicaretur illis Euangelium, reciperent forsā bene est, quod addis forsā, mihi enim certum quod non reciperent, non solum quod nō sunt filij electi, quibus non negatur uerbum dei, sed etiā quod legem mentibus suis inscriptam non custodiunt.

17 Abigit consiliarios in] Maximos quosq; ordines in aulis principum ponit, & uanitatē omnium ostendit. Primum consiliarios & iudices ponit, qui & ipsis regibus imperant, apud illos potissimū requirēda sapientia erat, sed dū illos quotidie spoliari, captiuos fieri, aliorū egere patrociniū uidemus, quomodo perfectā aliorum erit sapientia. Licet autem in illis uidere sapientiam dei, quae eos insituat, ut bene exclamet Paulus post Esaiam. Vbi nunc sapiens ubi scriba: ubi disputator huius seculi. Esaiā decimonono. Sapientes consiliarij Pharaonis dederunt insipiens consilium. Quis non admittitur deum, qui et hodie aperit paruulis quae negat sapientibus. Conueniunt in Concilijs, in Comicijs, in principum colloquijs, quum nō intelligunt rem de qua est sermo, nec sciunt quae affirmant, multum tamen consultant ac deliberant. At laus deo, qui se relinquentes & in ueritate non quērentes aspernatur, ac coram toto mundo ut fatuos traducit. Vt uidemus consilium summorum sacerdotum contra Christum, Stephanum, ac Apostolos.

18 Baltheum regum] Quamuis pleriq; hebraeorum exponunt. Iugum regum soluit, uel uinculum regū, in hoc sensu, quod dominus liberat plerq; a tyrannide regum, & ipsos reges seruos facit, ut sit uinculū & iugum quod alijs iniiciunt, malui tamen imitari translationem ueterem, cui etiam accedit R. Moyses ostendens מוסר esse ex traditionibus ueterum, esse cingulum latius, auroq; ac argento ornatus quam balthus, peculiare regibus. Dicit igitur hic primo, ornatum ac gloriam regum tolli, & pro eo accingi illos seruili zona, quia & ipsos captiuos sepe duci uidemus. Habent etiam nostra secula, id genus exempla, & suppētunt omnis historiae tam sacrae quā profanae. Et si quis uel parum oculatus, uideret etiam in illis diuinā sapientiae gloriā.

19 Abigit praefectos] Inter aulicos regios, post consiliarios, ac iudices ac

X 3 reges ipsos.

reges ipsos sunt q̄ p̄fecturis ac satrapijs nobiliores, quos hic כהנים apa-
pellat. græcus & post illum latini uerterunt i: p̄iōs sacerdotes, atqui hoc loco
de p̄fectis sermo est. Ita 2 Regum 8. Filij Dauid leguntur esse כהנים sa-
cerdotes, quum non potuerint sacrificare quia non erant Leuite, sed ex tribu
Iuda, unde intelligūtur fuisse satrapæ. Sunt etiā inter aulicos, quos diuitiarū
splendor et liberalitas admirabiles facit, hos à dando uocat hic אֲתוּרִים. Hic
ronymus uertit, optimates supplantat.

20 Amouet labium ueracium] Veraces hic sunt Iureconsulti ac oratores re-
gij ac principales, et ob singularē fidē notarij, quorū quā magna sit auctori-
tas: ubi autē diuina gratia destituūtur, ut aquā labijs careant, obmutescant, et
ut rabulæ uiles tanquā nugacissimi nō curētur. Ita & senes qui uulgaribus
cōsilijs adhibentur, inter consultandum delirant, & ablato ip̄sis sensu, de re-
bus nihil ad causam pertinentibus garriunt.

21 Effundit despectionem] Principes hic, non sunt ipsi reges. uel duces, sed
alii uiri graues auctoritate p̄diti נְדִיבִים & benefici appellati, quales
hodie nobiscum Iunckhern graffen: Nobiles, licet non adhibiti officijs prin-
cipalibus, qui & Romæ Equites dicti, uerti gloriosos, ut sit antithesis, sicut in
alio hemistichio, pro eo quod Latinus egit: Et eos qui oppressi fuerant re-
leuans. Lutherus uero & Brētius: & cōfederationē fratrum dissoluit. Zuin-
glius uertebat: Claros obruit contemptu, & captiuorū neruum soluit. Græ-
cus: αἰσχροῦ καὶ ἐλαφίου, humiles autem sanauit. Chaldeus רַתְּקוֹת
מִחֲלֵישׁ בִּלְנִיָּא & potentiā regum infirmat. Hebraica ueritas sic ha-
bet רַתְּקוֹת אֲפִיקִים רַתְּקוֹת Et iuxta R. Slomo: angulum fortium sol-
uit: iuxta alios. Et fortitudinem ortium infirmat. Rabi Abraham exponit,
אֲפִיקִים uiros fortes sicut undas maris: unde uerti, Equitum, quales ho-
die Aurati dicuntur, qui gladio et baltheo donantur, ob singularem in cer-
tando strenuitatem: sicut igitur aliorum auctoritas, ita horum robur tan-
quam effeminatum ac solutum contemnitur.

22 Reuelat profunda] Etiam hinc liat sapientiam dei cognoscere, quia
ea quæ diu clam acta, & profundo silentio tecta, in consilijs regum & prin-
cipum, quasi sepulta inopinato quodammodo prodi ac reuelari faciūt. Omitto
hic prophetias

hic prophetias & reuelationes cogitationum propria dei opera. Vnum an-
noto quod Rabi Leui dicit, deum esse, qui vires ac potētiās nostras, nulli cogni-
tas, & sic quasi in tenebris sitas, operari, & in actum, ut autē exire faciat.

- 23 Auctas gentes] Nunc de totis populis idem ostendit, quod in principi-
bus ac sapientibus, rem eandem uno uersu bis dicit. Idem enim est esse gen-
tes auctas, & expansum esse illis locum quo libere ac seare, uagentur absq;
timore inimicorum. Similiter idem est perdere illas & facere eas quiescere,
nimirum à laboribus suis, hoc est compefcere eas. Tamen si non ignor em Rabi
Leui exponere, quod facit migrare gentem, & iterum saepe facit in habitare.
Atqui mihi totus hic hymnus si recte introspiciatur diuini iudicii seueritatem,
magis quàm clementiam prædicare uidetur. Proinde quod Zuinglius hic uer-
tebat, Dilatat gentes ac constringit eas, id est, cessare facit magis placet. Et
idcirco etiam modum loquendi hebræorum non ad literam reddidi. Dicunt
enim: Auget gentes & perdit eas, & expandit gentilis & quiescere eas
facit, uel ducit eas. Mecū sentit. Rabi Mose, exponēs רינתם למסורם
אברון & ducit eos uel quiescere facit in loco perditionis. Thargum
exponit, quod expandet rete gentibus quo illaquerentur. Græcus autem
ἀνατρεφὺν τοὺς ἔθνη καὶ καταδύει αὐτὰ. prosternens gentes ac
deducens eas. Porro ut magnum hoc mysterium, de excæcandis populis in-
telligi, ex sequentibus duobus uersibus clare accipere potes.

- 24 Avert cor apitum populi] Signum gentis perdende, & excæcande,
si cæcos episcopos, & stultos reges, & excordes doctores, insipientesq; præ-
latos sortiatur. Si enim oculus corporis cæcus fuerit, omnia tenebrosa esse
necesse est. Illi igitur quum sint apiti, corde, id est, sapientia carent, et
proinde eunt in uasto absq; uia, multum periclitantur, hesitant, destitu-
tos consilio se declarant. Tenebras et pessima quæq; relictis et non inuen-
tis bonis amplexabuntur: et sicut ebrij ac mente capti, à uia ueritatis ab-
errabunt, haram porcorum, pro aula regia intrantes, ac mundanam ua-
nitatem celestibus ac angelicis delicijs præferentes.

Ecce omnia uidit] Ita inquit summā scio sapientiam dei, quā scientiam certissimis argumentis ac plerophorijs persuasam habeo, plerāq; hæc oculis uidi, plerāq; audiui & cōfirmavi in corde meo, & inde utilitatē accipi. Eapropter sicut initio dixi, in hac sciētia uobis nibu cesserim.

3 Porro ego cum deo loquor] Aggressurus nunc secundum, ut de spe sua rationem reddat, et sanctius se quā illi, sentire ostendat, iterum atq; iterū ad audiendum illos prouocat, & hoc loco se illis plane anteposit. Illos uanos esse cōsolatores, & insipientes, unde illorum esse potius audire quā loqui. Hic autem primus uersus, non per impatiētiam dictus esse putāndus est, nam uel tam certam suam doctrinam ac spem asserit, ut nec deum colloquere ac redarguere formidet, uel dum ipse hac disputatione se oblectat illi intempestiue interturbet. Quamuis autem Hebræus in futuro dicat Loquar, & uolam, attamen ut monui magna temporum, & modorū uariatio est in hoc Propheta.

4 At uos cōcinnatores falsitatis] Quia enim tres illi nō alias cōsolationes afferebant, quā huius seculi, quas filij dei nō expectant: dicit eos primo malo errore abductos, uacare inueniendis mendacijs. Ita uocat errorem: & quia alieni à ueritate, neq; sanum remedium alijs dare possunt, & hoc etiam Medicos idoli ⲙⲁⲓⲁⲓⲁ id est, uanos esse dicit. Tales sunt omnes cōsolationes à peregrinis disciplinis, & humanis inuentionibus depromptæ. Sicut idoli nihil sentit, nihil per se operatur, ita uana illa commenta, animum non reficiunt. Græcus inquit ὁμοιοῦν δὲ ἐστὶν ἰατροῖς ἀδικοῖς, ἰατροῖς δὲ κακῶς ῥατρεῖς Vos autem estis medici iniusti, mediciq; malorū omnes. Hoc sensu. Et iniusti uos estis, & iniustis uestra consilia placent.

5 Utinam tacendo taceretis] Causa nondum proposita, non imperiose petit silere eos, sed optando, id qui in ipsorum utilitatem, ne confusione se exponant. Magna enim stulticia imò et malicia est condemnare alios nō intellectos, Eadem modestia dicit disputationem, et contētiōnes laborum meorum non dicit

Humanæ inuentiones cōsolationes carent.

non dicit sententiā uel doctrinam ריבות ו תוכרת Græcus habet:
 ἔλεγχος ὁ κρισιμ redagationem ac iudicium. A iudiciū acceperis pro ora
 tione qua inter disceptandum in iudicio utitur. Inciuit enim foret, in iudicio
 reum non audiri.

- 7 Nunquid propter deum] Per antipophoram, duas obiectiones soluit, pos
 sent enim primo dicere: Quod loquimur ad dei gloriam loquimur, quæ nos
 taceret non finit, tantus nos tenet zelus gloriæ dei quem blasphemare uideris
 Hanc sic diluit, quod gloria dei nullis humanis commentis ornatur. Mala
 non sunt faciendā, ut eueniant bona. Deus adulationes non amat. Dicit
 enim: Nunquid propter deum, id est, eius gloriam, loquimini mendacium.
 Hoc quidam hodie non attendunt, sancta nonnunquam dogmata, cum dolo
 & oppressione proximi asserentes. Dolus autem apud eum non habet locum
 quinec fallere nec falli potest.

Gloria dei huma
 nis cōmentis non
 promouetur.

- 8 Num facies eius accipietis] Faciem alicuius accipere, est respectu perso
 næ à ueritate deflectere. Vide autem, quā amans ueritatis sit deus. Nihil
 etiam in sui gratiam, quod non uerissimum dici uult.

Faciem accipere

- 9 Num bonum si inuestigetur] Deterret ab hoc zelo, ostendens peccati gra
 uitatem. Incertum autem, an Non bonum, refratur ad deum, uel ad illos.
 Vtrunq; suos assertores habet. Si ad deum refert, putas quod placeat deo, si
 nobiscum sic inuestigetur, & si ex ipso stultum faciatis qui decipi queat. Hoc
 non est dei gloriam querere, sed opprobare. Si ad illos refert, sic expone:
 Num bonum, id est, nunquid proderit nobis, si inuestigetur, hoc est, tentetur
 nobiscum & sic illudatur.

- 10 Arguens arguet eos] Nequaquā inquit impune erit, nam si uel in abscondito
 cordis indigna de eo senseris, redarguēdus es, quā magis si ea impudēter
 inuulges. Vel in abscondito, id est, si putas hoc occultari à deo, ipunitūq; fore.

- 11 Annon excellentia eius] Cogitare inquit oportebat eius maiestatem, & cō
 tremiscere à facie iudicij eius. Nullus ne est timor ac reuerentia illius nobiscū

- 12 Memoria uestre] Cogitare etiam oportebat uestram humilitatem, non pote
 stis enim in illo die resistere, sed ea quæ maxime querebatis auferuntur. Non
 enim celebrabimini ab hominibus tanquam sapientes, sed sicut puluis disper
 gitur, ita & memoria uestra. Vbi igitur manebit gloria uestra? Deinde etiam

Y uitam

uita praesentem magnificatis, & sceleratam hic corporibus uestris promittitis. Non cogitatis quod illa in terram uertenda sunt ac puluerem, & conculcabuntur sicut aliud lutum. In resurrectione item quam grauiā patientur. Quamto igitur satius fuisset tacere.

- 13 Taate à me] Depellitur alia tacita obiectio. Diare enim poterat: Nos tui
miseret. Timemus ne, ppter blasphemias tuas piclieris. Hic respōdet iperiosi
us: Taate à me uel ppter me. Meo piculo loquar. Frustra est hæc cura uestra,
nō opus est mihi hac misericordia. Simte me loqui, quicqd piculi mihi imminet.

- 14 Quare tollo carnem meam] Non est mihi inquam tam chara uita mea, ut periculum huius uite in tantis doloribus cuitare queam. Vite prodigus sum: Quid aliud testatur fremitus meus? Proverbialiter utrunq; dictum est, de his qui uitā suam periculis obijciunt, et sibi ipsis non parciūt. Non enim sibi parciūt qui carnē suam dētibz premit. Deinde qui animā in manibus gestat, tanquam uenale portat, quasi eam mox deponiturus, uel abieciūturus. Quidam exponunt: Quare tollo carnem meā, in dentibus, quod tam macilentiū fuerit, ut potuerit uno bolo omnē carnem suam premere dentibus.

- 15 Etia si occidat me.] Sciēs sequor hic uerū Latin. interpret. tū qd' analogie fi
dei magis cōfona, tū qd' & Hebræis ferē oībus placet. אָ אָ quīs Hebræis aliās
נא negatio est, nōnūquā tamen ponitur pro לו mutaturq; ר in א Hebra
ica biblia cū Masoreth ostendunt utraq; lectionem. Est autem לו in eum.
Sic exponit R. Mose שאפי יהרגני לו איהל שגמלני בצרעו : Licet occidat me, in cū sperabo, quod retribuam tibi
בז secūdam iusticiam suam in seculo spirituum. R. Abraham uarias expositio
nes habet, per negationem quidem, sed cū interrogatione, ita ut negatio affir
met, quasi dicat: Quāuis occidat me, nōne ipse uidet, quod semper in cū speret?
Et aliter: Quāuis occidat me deus in infirmitatibus meis illis, semper in illū spera
bo, quādiu fuerit spiritus in me, etiā sperabo in cū quod saluet animā meam.
Affirmatiue etiā sic enarrat: Licet me occidat ita ut nulla sit spes euadendi
mortē, nihilominus tamē ānunciabo uias meas, hoc est, quid mihi euenerit. &
quod sperem in illū, & quod hypocrisis adempta spes sit. Quin & Rabi
I cui idem sentit sic dicens: ומה שנסקרא לו כיון איהל
היהל הפירושכוא עלפי שימיתני חשם ית חגני מיהל
נש

Carnē cū denti-
bus premere.
Animā in mani-
bus gestare.

בצרכי אלדס

בְּשִׁשְׁיָעֵבְרִי Et quid quod dictum est, lo ehal, per uas. Sit
expositio: quamuis quod occidat me benedictus eae ego spero in eum quod
salua sit futura in eo anima mea. Etia Graecus negationē nō reddidit dicens:
ἐὰν δὲ με χερσὶ καὶ ὁ θύνασθός ἐπεί καὶ ἥρκεται εἰμὲν λαλήσω
καὶ λέγῃς ἐνάντιόν αὐτοῦ καὶ τοῦτό μοι ἂν ὁρίσεται εἰς σωτηρίαν.

Si autem me capiet potens ille, quandoquidem et apit, si etiam loquar:
et arguam coram illo, et hoc mihi prouenit in salutem. Proinde tot consen-
tiētibz, ut dixi, ueterem translationē sequor hoc loco. Est enim uerbū maxi-
mæ fidei, et scopus huius et aliarū orationū. Inde nata est disceptatio, quia
Iob a futuris cōsolationē petit, illi a presentibus ut iutiles medici cōsolātur.

- 16 Quia in cōspectu Si hypocrita essem inquit, qualē me facitis, nequaquā
sic sperare, neq; enim illi in cōspectu dei ueniūt. Vnde etiā mortē ac diē iudi-
cij multū formidāt. Qui mortē nō timēt, et nihil in hoc mundo habent, atq;
ad deum saluatorem suum anhelat, hypocrita non est.

Hypocritæ dei
cōspectū for-
midant.

- 17 Audite audiēdo uerbū] Apparet qd ad sublimitatē huius rarissimi dicti, re-
siluerit, et iterū audire dedignati sint, pinde noua exhortatiōe ad audiendū
hoc uerbū suū, excitat, ac reuocat, quasi dicat: Ne abhorreatis, ab hac mea cō-
solatione quod in media perditione seruet, occusus uiuā, et nec in sepulcro spē
abijciā. Rectius expendite, nō est enim contemnendum, quod dixi.

- 18 Eae nūc parauī] Hæc erat summa meæ cōtentionis. In hac spe cōfido me iu-
stificandū. Hac fide armatus iudiciū intrepidus accedo, nō inuisū pñciabit, tā-
tū de ipsius benignitate, sibi pmittentē, utiq; homines cōdēnāt. Graecus inq;
ἐδού ἐγὼ ἐγγύς εἰμι τοῦ κρίματος σου, οἷδ' ἂν ἐγὼ ὅτι δίκαιος ἀν-
φρονόμας: Eae ego prope iudiciū meū, scio ego quod insus apparebo. Vult
dicere: Hypocritæ quo propiores iudicio hoc magis formidant, ego mortī
quo uicinior, hoc magis confido.

- 18 Quis est qui disceptet meū] Quis hoc spū præditū, et in deū ut patrē fidu-
ciam habentem, accusabit, quis etiam condemnabit. Hic utiq; spiritus est Chri-
sti, quo etiam patres locupletati, scilicet obdormierunt, redemptorem
expectantes. Vbi spiritus ille interpellat quis intentatū? Quis perdere
poterit? Quis reum faciat? Hoc enim arbitror significare tacentem mori.

Et ueteres spiri-
tū Christi habu-
ere.

Reorum enim est tacere & se non excusare. Non putat igitur sibi tacendum quādoquidem fide iustus in domino sperat. Et propheta: Credidi propter quod locutus sum. Est enim ubiq; mater $\omega\alpha\gamma\gamma\iota\sigma\iota\alpha\sigma$ & fiducia loquendi fides.

- 20 Siquidem duo non feceris] Sermonem ad deum conuertit, uel quod amici ad tantæ spei uerba absurdescebant, uel quod colloquio isto causam suam cōmodius agebat, & in querimonia ac oratione sua pergebat. Et primum ostendit, quibus conditionibus cum deo loqui & coram eo comparere ualeat, nempe si deus non agat iuxta potentiam, seu cerialtē uel suam. Primo enim si deus fortitudinem suam declarare uelit, posset inauditus tam crebris percutionibus affligere, ut nec ad standum, nec ad loquendum sufficiat. Vnde dicit: $\mathcal{M}\alpha\tau\epsilon\mu\ \tau\upsilon\alpha\mu\ \alpha\ \mu\epsilon\ \epsilon\lambda\omicron\gamma\alpha$. Hoc est, ne egeris sola potentia, sed da tantillum respirationis, ut loqui ualeam, quis loqueretur cui potemi manu os comprimeretur? Sequendo licet deus non affligat potenter, sed seueritate iudicij terrere uelit, quæ etiam mentes alioqui bene conscias, metialosiores reddit, dum sibi timent, de his quæ deus per misericordiam suam cunctis non imputat. Vnde inquit: Et terror tuus ne terreat me. Rabi Mose, exponit: amouere manum in hoc seculo, terrorem uero in futuro. Atqui uir sanctus de presenti suo stitu loquitur.

- 21 Et uox & ego respodebo] Saluis conditionibus positis, siue tu prior loquendi initium feceris, paratus sum respondere, siue libet ut ipse prior pro me loquar, ut tu respondeas, non detrectabo. O felicem conscientiam.

- Quantas habeo iniquitates] Bene conscius, ipse deum aggreditur, rogans, quæ sint illa grauiâ peccata, propter quæ deus contempta humanæ naturæ & fragilitate & breuitate, ipsum tam acriter flagellet, & nec mori patitur. Non se omnino à peccatis alienum ait, sed de grandibus peccatis, quæ tantam poenam exigant, inquirat. Ponunt hic quidam quatuor peccatorum genera: Iniquitatem in deum, peccatum in seipsum, scelus in proximum, delictū in ommissione. Græcus solum duo ponit: $\omega\beta\omicron\alpha\iota\ \epsilon\iota\sigma\iota\ \rho\acute{\alpha}\iota\ \alpha\mu\epsilon\tau\epsilon\tau\iota\alpha\iota\ \mu\omicron\upsilon$;

Peccatum.

$\alpha\gamma\alpha\tau\alpha\ \alpha\iota\ \alpha\epsilon\upsilon\omicron\upsilon\alpha\iota\ \mu\omicron\upsilon$, $\delta\iota\delta\alpha\gamma\mu\alpha\ \mu\epsilon\ \tau\iota\upsilon\epsilon\omicron\ \epsilon\iota\sigma\iota$: Quanta sunt peccata & iniquitates meæ, doce me quæ sunt. Equidem sic distinxerim, peccatum ad beato Iob, quod in peccatum imputatur, ut sit genus. Deinde inter $\epsilon\iota\sigma\iota$

עוונת hoc est, iniquitates & transgressionem uel prauaricationem. Iuxta Rabi Abraham, sicut inter peccata quæ mente, & peccata quæ corpore implentur. Dicit igitur: Quæ sunt illæ iniquitates, quibus non ut oportet in lege tua uersatus sum, mente insinera, quod iustum est, non iuste agens, ut potest per ostentationem, uel metu uel fauore hominū, & non in gloriam tuam, quæ inquit sunt illæ tantæ, ut imputes in peccata. Deinde quæ est illa transgressio, quæ aliquod scilicet contra legem tuam patraui, quod tantum censetur peccatum? Hic loquendi modus ex Hebræorum phrasi patet, Sic & Ioannes in epistola sua: Est peccatum ad mortem non dico ut pro illo roges, omnis iniquitas peccatum est, & est peccatum non ad mortem. Præuaticatio in spiritum sanctum utique ad mortem est, ubi cupiditas persequendi spiritum Christi. Peccatum ad mortem.

Omnis alia iniquitas licet peccatum censere poterit, non tamen semper ad mortem est, nempe si poenitentia expiatur, prius illud poenitentiam auersatur. Obserua hic, quod iniquitates in plurali, præuaticationem in singulari ponit, & uide num fortassis præcipuum illud peccatum ad mortem insinuet.

- 24 Quare faciem tuam abscondis? Abscondis faciem tuam, auersis indicia beneuolentiæ. Et uide gradus, ut surgunt calamitates: principio absconditur facies, & negatur amicitia, deinde etiam declaratur inimicitia, sequitur persecutio, eaq; citra misericordiam & fragilitatis respectum. Adhibentur increpationes & graues accusationes, reuocanturq; in memoriam pristina delicta. Adiunguntur afflictiones, ne euadat, & compedes in quibus computrescat. Mira persequutio, & idcirco non absurda admiratio & quæstio, quanta sint peccata, quæ illam crudelitatem efflagitant.

- 25 Nunquid folium propulsum? Sufficeret ad consumptionem hominis, tua gratia destitui, sicut folium & stipula, humore uel succo arboris destituta durabilia non sunt, & superuacuum fuerit ea persequi, quæ per se deficiunt. At qui tibi deo in me, inquit, Iob non uidetur satis habere pro inimico, nisi etiam persequaris.

- 26 Quod scribis contra me? Scribere ut Græci loquuntur ὑποφωθῆναι dicitur, forense uerbum est. Scholia eorum annotant esse metaphoram ab his qui sententiam tabulis inscribunt. Hebræi potius crimen intelligunt. Vnde Rab. Moyses enarrat: Scribis contra me amaritudines, quod amarica uerbum tuum &

peccarim ab adolescentia, Vbi uerti: Adiudicas mihi. Rabi Abraham exponit
 תנחיתן fecisti hereditare, nimirum adiudicando intelligens, quod magis placat,
 quā n quod Sanctes uertit: De pauperare fecisti. Hier. Consumere me uis.
 Leguntur autem hæc omnia cum admiratione, ne affirmare putes, quasi deus
 repetat adolescentiæ peccata fidelibus, cuius contrarium est Ezech. 18.

27 Et ponis in cippo pedes] Morbū a quo solui non poterat cōpedem &
 obseruationem semitarū uocat. Comparatur enim reo condēnato, et in com=
 Caro carcer. pedescōiecto, ne effugiat. Et quomā ab hac uita liberari non poterat, etiā ca=
 ro carcer uidebatur ac compes.

Super radices pedū] Talos uel plantas sic appellat, illis imprimitur ap=
 pus profunde, ne effugiendi sit locus.

28 Et ipse ego] Intellige cōputrescam, sicut lignū putridum cōputrescit,
 quasi dicat: Quid opus neruo & cathenis, alioqui effugere nequeo: quādoqui=
 dem putre dini & uermium rofioni expositus sum, non minus quā lignum
 putridum uel uestimentum.

CAP V T

XIII.

Hominis fragili-
 tas.

1 **H**omo natus ē muliere] Ocasione data hominis fragilitatem gra=
 phicā describit, ab ortu, progressu, & exitu. Nascitur enim ho=
 mo cum doloribus matris & proprijs. Deinde paucis diebus
 uenit, etiam si centum annos assequatur. Quid enim sunt tam
 pauci anni, animo adeo uite auido, & sua natura immortalī, tanquam amātī
 corporis. Pauci autem dies illi iuxta antithesin saturi sunt perturbatione
 2 hoc est, morbis, perturbationibus, ac ærumnis obnoxijis. Animum enim uc=
 xant, ira, timor, spes gaudium, tristitia, inuidia, cupiditas, & ceteræ affe=
 ctiones. Deniq; ut homo foeliciter floreat, & sicut flos egrediatur, tener,
 3 amœnus. Sed uide finem, breui succiditur, & tempus eius umbra fugacius
 auolat, succiditur dum non sperat.

Etiam super istum] Concludit: Super istum, tam fragilem, mirum est si
 digneris aperire oculos. Quid tuæ maiestati cum tanta miseria.

Quis